UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri Vltraiectini

Canter, Dirk

Antverpiæ, M. D. LXXIIII.

Clarissimo Viro D. Georgio Ratallero, Senatus Regij Vltraiectini Præsidi dignißimo, Theodorvs Cantervs Vltraiectinvs S. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70886

Visual Library

CLARISSIMO VIRO
D. GEORGIO RATALLERO,
Senatus Regij Vltraiectini Præſidi digniſsimo,

THEODORVS CANTERVS
VLTRAIECTINVS
S. D.

COGITANTI mihi ſæpenumero & cum animo meo perpendenti, cuius potiſsimum felicibus auſpiciis atque adeò patrocinio fretus, has laborum meorum primitias in lucem emitterē, quo citra periculum poſſent multiplex & varium doctorum virorum ſubire iudicium: tu in primis, clariſſ. Præſes, occurriſti, cui hæc noſtra, qualiacunque tandem illa ſunt, dedicare, atque conſecrare meritò deberem. Nam præterquàm quòd ſemper te litterarum ac litteratorum

ſingularem patronum cognoſci paſſu-
es, ipſe non vulgari doctrina iam pri-
dem ab omnibus iudicaris excellere, &
de litteris & ſtudiis rectiſſimè iudicare
poſſe. Vt enim omittam Poëticæ lau-
dem in iuuentute ſummo omnium cō-
ſenſu tibi attributam, quis eſt qui ig-
noret, Philoſophiæ totius ac Iuriſpru-
dentiæ ſcientiam te exactiſſimam cō-
ſecutum rectè ab omnibus exiſtima-
Veruntamē hoc tibi omne ſufficere v-
ſum non eſt, niſi inſuper Græcæ lingu-
perfectam cognitionem, tanquam re-
liquarum artium ſingulare ornamen-
tum, velut pro Celophone cōparaſſe.
Quibus de cauſis non iniuria potentiſ-
ſimus Rex noſter fecit, vt de Mechli-
nienſis curiæ Senatore Præſidem te no-
ſtræ prouinciæ, tametſi reluctantem a-
ferè inuitum, creauerit. Quod onu-
quamquā graue tuis humeris incum-
bit, ita tamen in eo te diuina opitulante
gratia hactenus geſſiſti, vt ab omnibus
certatim virtutes tuæ arteſque cele-
brentur.

Ant. Mu
Variæ Lec
LIII
25

brentur. Quarum cùm ad me quoque fructus aliquis præter omne meritum meum peruenerit, ingratiſſimus profectò iure fuiſſem habitus, niſi hos labores tuo potiſſimùm nomini conſecrare voluiſſem. Idquod in optimá te partem interpretaturum eſſe mihi polliceor atque ſpondeo. Vale Præſes clariſſime. Vltraiecti: Idibus Ianuar. M. D. LXXIIII.